

esse tam arduam, quæ Logicen arti annumerari omninò prohibeat.
Gocl. Probl. Log. Part. 1. pag. 28. XVI.

Ex his igitur videre est, quomodo artem ex Aristotele genus Logicae statuamus. Verùm nobis maximè arridet genus illud propter patronos, quos habet acutissimos, quod describitur à Luciano, & Quinti L. nec non à Melanch. nobis inculcatur, & ab eruditissimis quibusq; hoc seculo approbatur. Definitio est hæc: τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐγκαταλύσεων ἐγχευμασμάτων πρὸς τὰ τέλη. ἢ εὐχρηστον τῶν ἐπιβίων. Ars est ordo certarum propositionum exercitatione cognitarum, ad finem utilem in vita. Et hanc definitionem eleganter Melanch. lib. 1. Dial. pag. 43. explicat.

XVII.

Etsi autem hæc definitio ab alijs statuatur impropria; longè tamen aliter sese res habet. Aut si ita velint, dicant obsecrò, tandemq; patefaciant, quo & quali tropo illa sit modificata. Neq; enim dicendum id illis fuerat, sed potiùs probandum. Quanta igitur cum confidentia id sine ratione nobis obijciunt, tanta cum facilitate nec sine ratione atq; auctoritate respuimus; atq; sic cum Platone, Aristotele, Cicerone, magno illo Melanchthone, & alijs, verum & genuinum Logices genus ARTEM, methodum, aut scientiam constituimus, & constanter affirmamus. Plato in Theæteto. Arist. 4. c. 1. Rhetor. Et 1. Metaph. c. 1. Et 1. Top. 1. Et 8. Polit. c. 6. Buman. Hypom. Log. lib. 1. c. 2. pag. 15. Nothold. de N. L. c. 12. Snell. de Phil. diatr. 2. pag. 20, 24. Idem in com. Dial. Proleg. pag. 15. ibidem lib. 1. pag. 47, 76. Idem in Dialog Dial. lib. 1. c. 1. pag. 22. Idem in lib. de Praxi Log. lib. 1. pag. 2. Tempel. lib. 1. Dial. c. 1. pag. 1. Job. Case. in Dial. c. 2. pag. 21, 22. Zabarel. lib. 1. de N. L. c. 12. lit. F. pag. 28. Idem c. 8. pag. 17. E. Beurhus. disput. Log. 5. thes. 4. Idem in Defens. Log. Ram. Disquis. 2. Phil. Mel. 1. lib. Dial. quæst. 1. Conrad. Hodd. Disput. Log. thes. V. VI. VII. Busch. Disput. Log. Philipporam. thes. 3. Idem in Harm. Log. lib. 1. c. 1. P. Fris. comp. Dial. lib. 1. comp. 2. pag. 21. Goclen. in Isag. Log. in Org. Arist. lib. 1. c. 1. p. 1. Idem Part. 1. Probl. Log. 3. pag. 26. P. Ram. lib. 1. Dial. c. 1. Idem lib. 2. schol. Dial. c. 1. pag. 33. Idem Schol. Rhetor. lib. 4. pag. 52. Et lib. 19. pag. 164. Contr. Neand. lib. 1. Dial. quæst. 1. Renneman. in Dissert. Philos. artic. post. sect. 1. pag. 44. Thom. Freig. in Pedag. pag. 134. Amand. Polan. lib. 1. Dial. pag. 1. Iod. VVillich.